Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36530
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Hodie primū audiuit spiritus sancti super uirginem inter. et audiuit et credidit.
Denique ecce inquit ancilla dni. fiat mihi secundum uerbum tuum. Vide
humilitatem uide deuotionem. ancillam se dicit dni. quem mater eligit.
nec repentino exaltata promissa est. simul ancillam dicendo. nullam
sibi prouectiuam tantae gratiae uendicauit. quae facere quod iubebatur.
Metuit enim humilitas. quae partura. humilitatem debuit et ipsa
praestare. Fiat ancilla dni. fiat mihi secundum uerbum tuum. Habes
obsequium. uides uotum. Fiat enim ancilla dni. apparatus officium
est. fiat mihi secundum uerbum tuum. conceptus est uotum. Quam ergo
et iam dempari editione credidit Maria. Quid enim tam impar
quam spiritus et corpus. quid tam inauditum quam uirgo pugnans.
contra legem. contra consuetudinem. contra pudorem. cuius carior
cura est uirginitas. Zacharias autem non dempari editione. si desenilu
aetate non credidit. Ha condicio egrebat. exuuio et femina sol
lemnis est partus. nec incredibile debet uideri. ubi natura ce
dit. Cui enim aetas naturae sit. non natura aetatis. sit pleriique
ut aetas impediat naturam. Non est tamen irrationabile. ut mi
nor cedat causa maiori. et potior prouectiua naturae usum
inferioris excludat aetatis. Huc accedit quod abraham et sara fi
lium in senectute susceperant. et ioseph filius senectutis est. quod si
quia risit sara reprehendit. iustus condemnat qui nec oraculo
credit nec exemplo. Maria autem cum dicit quomodo fiet istud. quoniam
uirum non cognoui. non uidetur dubitasse de facto. sed de facti qualitate
quaesisse. Liquet enim quia faciendum esse crediderat. quae quomodo
fieret interrogauit. Vnde meruit audire. Beata quae credidi
sti. et uere beata quae sacerdote potiorem. cui sacerdos negat
fides. uirgo contexit errorem. Nec miru si dns redempturus
mundum. tui operationem sua inchoauit a Maria. ut per quam
salus omnibus parabatur. eadem prima fructum hauriret salutis exprig
norit.